

Strassen erzehltet Maassen bauen, fahren, und treiben, und von Spremberg, und oben herunter, ihren Weg auf Muscau zu nehmen müssen, keiner von solcher gewöhnlichen Land-Strassen abweichen, oder etwan auf andere Wege sich begeben, und dadurch einigen Unterschleiff suchen und gebrauchen, sondern auf der ordentlichen Strasse von Spremberg auf Muscau unausfänglich bleiben, und dieselben halten solle &c. &c. hæc tamen verba eo ne-
tquam trahenda sunt, ut viæ Lusatiae superioris regiae quicquam detrimenti afferatur. Illos enim hic solos intelligi, qui ex urbibus locisque Lusatiae superiori confinibus in Silesiam proficiscuntur, nec tamen Quissum flumen transeunt, patet cum ex verbis ejusdem edicti, in nota subjecta allegatis, tum aliis hujus Principis constitutionibus, de via Lusatiae superioris regia promulgatis, in quibus severe interdictum fuit omnibus, qui vel ex Polonia Silesiaque in Saxoniam proficiscuntur, vel in reditu Poloniam Silesiamque ad-
eunt, ne a via regia, quæ superior vulgo dicitur, ullibi discedant. Idem placuit postea JOANNI GEORGII II. Principi Electori Saxoniae, ut vidimus §. 22. Et licet JOANNES GEORGIUS III. pariter ac FRIDERICVS AVGVSTVS, Rex noster serenissimus, gravi causa commoti, permiserint, ut illi, qui flumen Quissum non trajecerint, via Lusatiae inferioris utantur, id tamen principes modo dicti nunquam concesserunt, ut illi, qui Laubam accesserunt, a via Lusatiae superioris denuo divertant, quemadmodum supra in §. 23. demonstravimus. Tantum etiam abest, ut ea, quæ subinde contra viam regiam tentata sunt, ipsi Comiti illustrissimo tribuamus, ut potius demississimo cultu illum veneremur, certi, illum ab omnibus, quæ juri adversantur, esse alienissimum, ea vero, quæ nomine ejus contra Lusatiae superioris viam moliti sunt quidam, privatae horum temeritati adscribenda putemus.

XXV.

Animus erat, finem huic opusculo imponere, sed quominus id faciamus, impediunt, moramque faciunt illi, qui
verba